

suspensione ab spiritualibus, quæ ligant animam, cujus non est naturæ nostra suspensio, cum ea obstante possit exercere omnia, divina officia ministrare, & recipere omnia sacramenta; & sicuti hujus pallii suspensio, & à Pontificalibus, quæ magis suspensioni ab officio videtur adharere, & tamen suspenditur per appellationem legitime subsequutam, secundum Panormit. com-
 225 muniter receptum in dict. cap. ad hoc, primo notabilis, ita cum præfata juxta in spirituali suspensione, cujus violatio inducit irregularitatem, procedant tantum; ad nostram suspensionem minimè esse trahenda tanquam diversam, sicuti nec ad illam, qua alicui interdicitur ingressus possessionis agri, vel beneficii, vel collationis ejus, vel aliorum actuum, qui non tangunt animam, in qua appellatio legitima ejus effectum suspendit, ut & omnes notant communiter in dict. §. fin. & d. c. ad hoc. & firmant enim etiam Manuelis Rodriguez latius, ac utilius Navarr. dict. cons. 8. concludentes appellationem non obstante posse suffragium præstare.

226 His & illud accedit, si contra volentem votare in Capitulo, objiciatur aliqua exceptio incapacitatis, vel quavis alia exclusiva à suffragio, propter quam rejiciatur, ne tunc tempus labatur, quia fortè probationes præ manibus non sunt: inquit Azeved. in additio. ad Cur. Pifa. lib. 2. c. 4. num. 11. alios referens in hoc casu, admittendum esse ad suffragium cum clausula; & si in quantum de jure valeat, nec nocebit comminationi, si postmodum certior fiat objectio; ut per Ab. in cap. Cumana de electione. Cepola cautela 232. & idem Azev. in l. 2. n. 12. & seqq. tit. 7. lib. 3. recopil. an
 227 ab eo quod facit, & decernit major pars Capituli appellationi emissa si non deferatur, vis fiat. Negativè respondent text. in cap. 1. & cap. ex ore de iis, quæ sunt à majori parte cap. imò ea non obstante, nec contradictione minoris partis, omnino exequendum esse. ut in d. cap. 1. ibi appellatione remota prævalet semper, & suum consequatur effectum, quod à majori, & saniori parte Capituli fuerit statutum, &c. (& in d. cap. ex ore, ibi nos attendentes, sibi de jure non potuisse competere, ut
 228 per appellationem ob id interpositam, communem ordinationem Ecclesiæ impediret) quod aded procedit, ut etiam si probatio justificationis incòtinenti offeratur, nisi obstat executioni, tres, & elegantes reddit rationes Immola in d. cap. 1. colum. 1. & 2. & iterum in cap. 1. cum inter canonicas, colum. penult. in fin. cum seqq. de electione, contra Innocent. in dict. cap. 1. prior, quia in extrajudicialibus non fuit objectus contradictionis vel exceptionis legitime, etiam si illius fiat oblata probatio: quia extrajudicialia non suspenduntur appellatione, tum etiam, quia cum procedendum sit hoc casu appellatione remota tollitur facultas justificandi appellationem, per probationem oblata ad impedimentum: tum etiam quoniam cum sit interim præsumptio pro factis à majori parte, nihil obstat d. oblato, quas rationes comprobans Azeved. in addit. ad Curiam Pisan. lib. 2. cap. 14. n. 12. sequitur etiam aliis ad id citatis.

Sed quoniam in electionibus factis à Capitulo circa beneficia Doctoralium, Magistralium, & similium, juxta Bullam Sixti IV. & motum proprium Leonis X. quas adducit ad litteram Nicol. Garcia de beneficiis, 5. part. cap. 4. à numero 168. easque optimè declarat, & multa dubia frequentia circa earum præbendarum electiones agitat, resolvit, & ideo te ad illum, & per eum allegatos libenter remitto, quoties id necessitas suadeat.

229 Unum tamen non omitam, de quo jam non parum dubitari vidi, de controversiis occurrentibus circa electionem hujusmodi, nempe; an aliquis oppositor inhabilis, an concurrant in eo qualitates à jure illis requisitæ, gradus, seu etiam ordinis, vel aliqua alia exceptio, seu subjectio, seu recusatio opposita contra personas eligendi, vel electorum, quis ad cognoscendum de eis,

debeat esse iudex, an solus Episcopus, an cum Capitulo simul.

In quo breviter resolvo, hujusmodi cognitionem ad 230 solum Episcopum pertinere, quemadmodum quando occurrit aliqua alia lis, super electionibus, quia uti ordinaria sibi competunt actus jurisdictionales, quas non possunt capitulares exercere, cum jurisdictione careant, quæ omnino necessaria est in litibus exercendis. Pro quo facit expressè Concilium Provinciale Compostellana. sessione 2. decreto 34. ubi habetur, quod Episcopus solus, vel ejus Vicarius declaret, & judicet electores inhabiles, & eligendos ad Doctoralem seu Magistrallem præbendam, seu scripturæ, & in concordia confirmata per Pium V. declaratur, ut in hoc ita præcedat, nisi in contrarium sit alicujus Ecclesiæ consuetudo, ut in harum inhabilitatum cognitione, & determinatione concurrere debeant Capitulum, & Vicarius Generalis, quia ubi hæc viget consuetudo, ipsa servetur, & sic Capitulo debet adesse consuetudo ad hujusmodi jurisdictionem acquirendam. Probatum etiam ex ratione text. in cap. à collatione, de appellat. lib. 6. ubi à collatione beneficii, quam communiter per Episcopum, & Capitulum factam fuisse proponitur, non ad ipsum Episcopum, sit in ea ut prælatus interfuit, sed 232 ad superiorem appellandum est, aliàs si ut canonicus interfuisset in ea, posse appellari licitè ad eundem per quem, ita etiam Abb. in c. dilecti 66. el. 3. n. 17. de appell. Card. Jabobat. tract. de cons. lib. 10. art. 1. sub n. 8. tom. 13. part. 1. fol. 351. Ever. optimè in locis legal. in loco de tanquam n. 8. versic. sexto facit. fol. 696. multa adducens in propositum Scaccia tract. de appellat. qu. 8. à nu. 60. & num. 92. & comprobatur ex eo, quod dicit Bartol. in l. 1. §. si quis in appellatione. ff. de appellat. & in l. si quando n. 1. Cod. eodem. Franch. in rubric. num. 38. de appellat. Barbatia tract. de præstant. Cardin. qu. 1. n. 32. tom. 13. part. 2. Henr. Boër. singula 9. titul. de appellat. fol. 203. tom. 1. Guido Papæ tract. de appellat. quæst. 36. n. 33. tom. 5. fol. 38. Craveta de antiq. temp. rubrica antiquum in præscriptione sub num. 34. tom. 17. Bradedorius tractatus de appellat. p. 1. titul. 10. verbo Regibus, colum. 167. Scac. de appellat. quæst. 16. limit. 5. num. 9. Cont. in l. unica limit. 3. n. 11. Cod. si de moment. poss. fol. 270. Ruginell. tract. de appellat. §. 2. cap. 2. nu. 19. dicentes, quod Rex sententians tanquam Comes, appellatur 233 ad Ducem, vel alium superiorem Comitis, & idem de Duce judicante uti præside, quia quando una persona gerit vicem duarum, potest ab eadem, ad eandem appellari.

Prout quando iudex à quo, gerit etiam vicem judicis ad quem, qualis est legatus in partibus, qui ex privilegio habet facultatem cognoscendi etiam causas appellationum interpositarum ad Papam, & sic appellans à legato, potest ad eundem redire, tanquam iudicem ad quem; Felin. in cap. gratum sub num. 10. limit. 8. de officio delegati. Auzret. in addit. ad Capell. Tholos. decis. 194. an pars gravata, sub n. 4. fall. Scac. de appellat. q. 17. limit. 2. n. 66. Ant. Gabr. commun. conc. lib. 21. de appell. 2. limit. 8. n. 22.

Cujus rei rationem ibi. Iterum aliam reddunt rationem 234 nem Doctorum superius citati communiter cum glossis relatis, quia quando Prælatus adest ut ordinarius iudex, semel usus est jurisdictione, ac ideo iterum de causa non potest cognoscere, ne dentur duo gradus in una & eadem persona, & jurisdictione, contra text. in cap. secundo, de consuetudine lib. 6. & l. eos, Cod. de appellat. cum vulgatis, sed Episcopus in hujusmodi electionibus assistit ut Prælatus, & non ut Canonicus, tenet expressè Nicolaus Garcia de benefic. d. p. 5. cap. 4. num. 224. ergo actus jurisdictionales, & in quibus judicialis processus requirendus est in prima instantia, ad ipsum duntaxat, vel ejus Vicarium pertinere debet, cum tunc ab ipsis actibus emissa appellationi sibi non pertineat

pertineat cognitio, ex d. juribus. Et hanc opinionem alius ad eam applicatis fundamentis, veram reputat, & resolvit Nicolaus Garcia loco proxime citato à num. 214. cum seqq. ubi etiam responderet ad illam difficultatem, quæ reulcat ex eo, quod electio simul pertineat ad Episcopum & Capitulum, quod ex hoc non possit inferri ad actus jurisdictionales, ut latè per eum.

Quod scire, non parvi est effectus, nam cum solet frequenter appellationem emitti à declarationibus hujusmodi habilitatis, qualitates, & recusationis, ac similibus, & cum pro ejus delatione additur Curia suprema, constituto de defectu jurisdictionis, qui facit nullitatem rectè declarant, vim fieri, & reponi, vel saltem tertium genus.

237 Unum porro in hac materia scire est necessarium, in quo passim advocati erant conficientes appellationes, quibus inserunt aliquas objectiones, crimina, vel defectus contra personas eligentium, eligendi, seu electi, non attentata, imò neglecta forma tradita à c. ut circa 4. in ordine, de electione lib. 6. qui ita disponit: ut circa electiones, postulationes, & provisiones Ecclesiasticas, viam malitiosè (prout est possibile) præcludamus, ne diutius periculosè vacent Ecclesiæ, vel personarum, dignitatum, & aliorum Ecclesiasticorum provisio differatur, edicto perpetuo providemus: ut si quando aliqui electionibus, postulationibus, vel provisionibus se opponunt, proponendo aliqua contra electionis, postulationis, seu provisionis formam, aut personam eligentium, vel electi, sive illius, cui erat provisio facienda, sive facta, & propter hoc contigerit appellari, appellantes in instrumento publico, seu literis super appellatione confectis, omnia, & singula exprimatur, quæ in formam intendunt objicere, vel personas, coram personis authenticis, an persona, quæ super hoc testimonium perhibeant veritati, corporali præstito juramento, quod credunt ea, quæ sic exprimunt, esse vera, & posse probare, &c.) qui insuper ad alia pergit. Eadem etiam constitutio expressè renovatur, declaratur, extenditur, & confirmatur aliis pluribus canonum decretis, est text. in cap. is qui 19. in cap. qui contra 20. text. in cap. constitutio 41. de electione lib. 6. text. in clem. constitutionem ut circa de electione, ejus etiam meminit, & decidens Rota decisione 261. de exceptio. & 269. de appell. in antiq. Doctores communiter in l. 1. ff. de lib. & post Everard. & Doctores infra citandos, Nicol. Garcia de benef. 3. p. cap. 3. à num. 71. cum seqq. ubi plurimos allegat.

238 Adeo ut præfatum juramentum de necessitate requiritur, ut fiat corporali tactu Evangeliorum, non autem aliter satisfit illius constitutionis formæ, & intentioni, ita expressè per jura probant communiter glossæ, & Doctores in eis Doctores etiam expressè, præcipuè Jaf. in l. 1. ff. de liberis & posth. gloss. in clem. 1. de heret. nor. Anton. Corsetus in singularibus suis sing. 270. Everard. in locis legal. loco ab esse in eorum, qua simul requiruntur ad ea, versiculo; hinc etiam est quod si ad validitatem Ecclesiæ, &c. aliàs juramentum aliter præstitum nullum est, & non valet, ut ultra supradictos probat gloss. 1. in princip. §. item sacra de pace juramento firm. Bartol. in authent. sacram. puberum n. 7. Bald. n. 7. Salicetus colum. 2. & alii posteriores ibi sequuntur, C. de rescind. vend. Anton. Gabr. commun. concl. lib. 2. tit. de minoribus, concl. 5. à nu. 34. ubi latè declarat complures ad id adducens c. laudabile, ubi Abb. in 2. nota. de frig. & malefic. Simoncel. in tractatu de decretis lib. 3. titul. 8. n. 187. ubi post alios dicit, de consuetudine hodie non servari tactum Evangeliorum, vel aliarum sacrarum Scripturarum, ut statim dicemus; qui quidem, & Ant. Gabriel latè prosequuntur hanc articulum, materiam, præcipuè respectu minorum juramento firmanrium alienationes, ubi requirit de jure juramentum corporale, ut Simoncellus ubi proxime.

De consuetudine tamen non requiritur tactus Evangeliorum, vel sacrarum Scripturarum, sed sufficit tactus cujuscunque libri, vel tabulæ, secundum glossam in authentica jurjuram. quod præstatur ab his, verbo quatuor, & in §. item sacra. gloss. 1. titulo de pace jur. fir. Imvola in cap. cum coningat, de jurejur. Abb. in c. fraternitatis, verbo & adverte. & ibi Felin. versiculo in gloss. fin. Abb. in c. 1. fin. 2. de not. de jur. calum. Guid. Papæ q. 35. Jacob. Butt. in d. authent. sacram. puberum in 3. q. & ibi Alber. Rosà. & ibi Bald. & Salic. 3. q. Iternia in §. item sacra. Alber. versic. in hac gloss. & ibi Præpos. & Afflict. num. 21. Anton. Gabriel lib. commun. conclus. tit. minor. concl. 5. num. 36. sequitur Simoncellus d. tract. de decretis lib. 3. tit. 8. num. 188.

Quæ consuetudo limitatur, ut procedat, quando in 241 dispositione requiritur juramentum corporale, secus verò quando jura expressè dicunt, quod interveniat tactus Evangeliorum, Petr. de Anchatan. in d. c. ut circa. versiculo item nota. Cardinal. in clem. 1. §. porro in 4. q. de heret. Felin. in d. c. fraternitatis, loco proxime allegato, sequitur Anton. Gabriel d. concl. 5. nu. 37. quæ nota ad intellectum d. c. ut circa, & aliorum.

Quæ jura procedunt non solum in electionibus, sed 242 generaliter in provisione beneficii, ut eis patet expressè, hinc igitur deinceps præ oculis habe illius constitutionis formam, quando aliquos defectus, vel crimina contra aliquem oppositorem, vel conferentem velis objicere, quia vidi periclitari tres appellationes emissas in tribus electionibus Doctoralium, cum ad hanc nostram Curiam supremam pro eorum delationibus processus adducti fuere; nam cum ad obrinendum auxilium Regale, principale fundamentum sit appellatio, illa verò quæ peccat in forma, nulla est, & pro infecta, seu non emissa habetur, facillimè justèque vim non fieri declarabitur, juxta ea, quæ inferius dicenda sunt 3. parte cap. 9. à principio.

Hæc tamen constitutio non ita absolute procedit, 243 quin aliquas limitationes patitur, quarum seriatim nonnullas annexam. Et prima sit, constitutio felicitis recordationis Gregorii Papæ prædecessoris nostri edita in Concilio Lugdunens. formam exprimens, secundum quam ab his, qui in electionibus, postulationibus, seu provisionibus se opponunt, debeat appellari, locum sibi non vendicat, nisi solum in his extra judicium appellatur; quando verò in judiciis in hujusmodi negotiis appellati contingit, anteriora jura (cum per eam mutata non fuerint) observari oportet. Ita præscriptis verbis probat text. (in declarationem cap. ut circa, editus) in cap. constitutio 41. in ordine eodem tit. de electione, qui, ut vides, disponit, quando in provisione beneficiorum proceditur propria natura retenta, & sic extrajudicialiter, etiam procedat d. cap. ut circa, si autem lis coepta est, & processus formatus, tunc appellatio, & objectio formantur à jure communi.

Secundò limita. ut præfata constitutionis forma uti 244 excusatur in opponendis prædictis defectibus, & criminibus contra personas electi, eligendi, vel eligentis aut formam electionis, ille, qui aliàs non alstringitur ad præfatorum defectuum probationem, vel quia sint defectus notorii vel resultantis ex confessione partis vel ex sententia, juxta text. in cap. fin. de cohabitatione clerici, & mulierem, vel quia aliàs legitime probati sunt, text. in clem. constitutionem ff. fin. ibi, probationem tamen factam super his per adversarii confessionem, vel aliàs legitime, non infirmat, &c. vel quando non opponenti, sed adversario incumbit eorundem probationis onus, ita probat Bonicontus in tract. de appellat. 5. inter tractatus novissimorum Doctorum num. 26. versiculo scire autem debet, & iterum & melius inferius versic. 4. quæro an sufficiat, ubi alios ad id allegat.

Nam cum ad evitandas calumniosas exceptiones, 245 requiratur illa forma juramenti continentis, quod

- credunt ea, quæ si expriment esse vera, & se posse probare, &c. ut ex d. juribus constat, in supradictis casibus nimirum cessare, quoniam licet forma specifica sit adimplenda, & non per æquipollens, juxta notata in l. ff. de liberis, & postb. tamen quando forma requiritur propter certum finem, & certum effectum, sequuto sine, &
- 246 effectu, per æquipollens satisfit formæ, & principali legis intentioni, ita tenet Rota apud Farinacium *decisione* 272. à numero 19. ubi plures auctoritates adducit Flamin. Parif. *de resignat. benefic. libro* 11. *tomo* 2. *questione* 12. à numero 35. usque ad 39. ubi infinitos allegat.
- 247 Aliam etiam limitationem deduces ex text. in *dict. clem. constitutionem*, ubi de materia apud repetentes, & glossam invenies, alias plures, & declarationes, seu annotationes ad præfata jura poteris exactius videre apud D. Boniconum in *d. tractatu de appellat. per tot.* qui integer duntaxat continet hujusmodi appellationes in beneficalibus causis, ubi de materia multa invenies, ultra glossas, & ordinarios in d. juribus, ibid. Bonicon. in *quest. 1. versic. ad questiones igitur veniamus*, resolvit post alios, quod si sic appellans omitti d. formam in casibus, quibus tenebatur ea uti, licet si intra terminum ad appellandum, non potest aliam appellationem iteratò proponere, servando formam in ea, quia jam ex
- 248 prima adversatio erat jus quæsitum, juxta text. in *d. clem. constitutionem* §. penult.
- 249 Nunc & illud, de quo jam vidi dubitari examinemus; an oppositor ad beneficium vacans, sive curatum, sive simplex, qui se intra terminum edictorum opposuit, & dum intra illud voluerit ire ad se subjiciendum examinationi, ei legitimum impedimentum supervenit, ut locum examinis adire non potuerit, vel in itinere, vel ob aquarum inundationes, vel quia aliàs ei transitus fuit impeditus, puta, propter pestem, aut gravi infirmitate est detentus, & is, vel ejus procurator petit dilationem ab ordinario, & à denegatione appellationem emisit, an ei deferendum esse, omniaque postmodum subsequuta, attentata reponenda; declarandum sit in supremo pratorio per viam adito violentiæ, in quo brevibus affirmativè responderetur.
- 250 Nam licet declaratio Cardinalium circa d. c. 28. Concil. Trid. *sess. 24. de reform.* in hæc disponat. Episcopos, vacante Ecclesia proposuit edicta ex hoc capite, & infra decem dies quatuor comparuerunt, qui adscripti fuerunt juxta formam Concilii; sed in die pro concursu, & examine deputato, & ipsi quatuor duo tantum comparuerunt, qui examini se subjecerunt, & idonei reperti sunt; dubitatum fuit, an examen prædictum subsistat, ex quo duo alii adscripti non fuerunt examinari, congregatio censuit, subsistere, quia verba Concilii intelliguntur, quatenus veniant ad examen, aliàs in potestate unius esset nolle venire, impedireque, ne ulterius procederetur, &c.
- 251 Tamen eadem congregatio super eodem decreto, *verbo per edictum publicum*, ita quæret, an uno comparente, possit propagari terminus, & proponi aliud edictum; congregatio censuit, aliud edictum non esse proponendum. Sed ille qui comparuerit, examini subjiciendus, & si idoneus repertus fuerit, eidem beneficium esse conferendum, nisi qui descripti fuerint excusent se legitimo impedimento detineri, quominus valeant ad concursum accedere, tunc enim poterit Episcopus legitime terminum propagare, &c. cujus etiam mentionem fecit Nicolaus Garcia *de benefic. 9. part. c. 2. à num. 214.*
- 252 Et ita Concilium Compostellanum Provinciale *actio- ne* 2. *decret. 32.* loquendo in provisione præbendarum Doctoralis, & Magistralis, in hæc disponit nullus tamen ad electionem de eo faciendam admittatur, nisi ad examen prædictos actus publicè fecerit, aut morbo fontico labore, quem sufficienti testimonio coram

Episcopo, aut ejus Vicario comprobaret teneatur. Igitur ubi adest legitimum impedimentum, terminus competens prorogandus est, quoniam legitime impedito non currit tempus, l. ut perfectius *Cod. de anna except.* Craveta *consil. 271. col. 2.* Menoch. *conf. 38. num. 35. vol. 2.* Riminal. *conf. 21. nu. 29. lib. 1.* Ripa in *tractatu de peste in 3. quest. 6.* Hieronym. Previdon. in *codem tractatu de peste, versic. vidimus.* Parisius *consil. 143. colum. 1. vol. 4.* Callador. *decisione 1. de dilat. Caputaq. decis. 73. part. 2.* hinc impeditus resignatarius propter legitimum impedimentum excusatur à publicatione 254 faciendâ de beneficio sibi resignato, Roma. *consil. 433.* Felin. *cap. cum dilecti colum. 21. num. 13. de rescript.* Sarner. *de publican. resign. questione 13. num. 2.* Rebuffi. in *eadem regula.*

Et legitime impeditus excusatur à contumacia; si citatur intra terminum non ierit. Butt. in *cap. cum dilectus num. 26. de dolo.* Boër. *decis. 40. nu. 4.* idem Boër. *consil. 60. num. 1. lib. 10.* Pedem. *decis. 20.* Socin. junior. *consil. 116. num. 2. vol. 3.* Bertran. *conf. 15. num. 12. vol. 2.* nam impeditus non dicitur negligens, c. quia diversè. 255 *ratem, de concessione præbendæ.* Staphileus *de literis gratiæ specul. tit. de variis modis.* Baëza *num. 53.* & impedimentum excusatur à mora. Alb. in *tract. sta. q. 11. num. 1.* Duenas *regula 199.*

Ac ideo propter impedimentum receditur à forma. 256 Parif. *conf. 32. num. 11. 14. & 15. & conf. 13. num. 35. & 31. volum. 2.* Cravet. *consil. 12. nu. 2.* Bursat. *conf. 74. num. 253. volum. 1.* nec impeditus videtur formæ, ac legi contravenire. Jaf. in *l. si quis num. 7. ff. de jurisd. omn. jud.* Egid. Boff. in *tract. crim. de carceribus fideiussor. num. 47.*

Igitur cum legitime impedito omnia sint jura referenda, ut ex citatis, & citandis apparet, secunda dilatio ei danda est, & hæc regulata per impedimentum, & ad id tantum, in quo in prima fuit impeditus, l. admonendi, *versic. quibus solis,* & ibi Jacob. & B. 2. *colum. de jurejur.* Alexan. ibi 3. nota. Butriga in *cap. ultra tertium de rescrib. Paul. Castrenf. in l. si ita stipulatus essem ab te ff. de verb. oblig.* Bartol. & Alexand. in *l. fin. ff. de feris Lanfr. in c. quoniam contra, verbo dilatio, de probatio. 258* quia tempus impedimenti non computatur in termino ex supradictis; ideo regulare est, ut dilatio brevis patiatur appellationem, *cap. 1. de dilatio.* Joan. Andr. in *c. 1. de dilat. Bartol. in l. 2. ff. de re jud. Sald. in l. 2. C. de Episc. audient.* Bartach. in *repero. verb. dilatio peremptoria intelligitur, versic. 14.* & multo magis à denegatione ejus licita erit appellatio, Fulgos. *conf. 165.* Card. Tusc. *conclus. 339. num. 4. tom. 2.* quibus adde ea quæ dixi supra 2. *part. cap. 1.* Et quoniam cum ex consilio & motu proprio declarationibusque, Congregationi 259 bus supra; non sit ad examen deveniendum, nisi ita demum transacto termino edicti, intra quem iste legitime impeditus mediante impedimento reperitur, ut forma consilii peccatur ad ulteriora procedendo eo excluso, de impedimento constituto, ac propterea nulliter, & sic licebit appellare.

Et in terminis nostræ quæstionis tenuit Rota in una 260 Calaguritana beneficii de Brantevilla 8. Martii 1604. ubi cum quidam P. se opposuisset ad quoddam beneficium patrimoniale vacans, & accedens ad se subjiciendum examini, fuit prohibitus ingredi in civitate Calicat. eo prætextu, quod esset suspectus de peste; & cum per suum procuratorem peteret dilationem competentem, fuit ei denegata, à quo appellavit; & ordinarius ad ulteriora procedendo contulit cuidam oppositori beneficium, ac eum in possessionem immisit, & cum dubitaretur, an dicta acta gesta post appellationem essent attentata, & nulla, fuit affirmativè resolutum; quam referens sequitur Hieronym. Gonzalez *gloss. 9. in annot. nu. 183.* & ita etiam in hoc Gallico Senatu vim fieri, declaratum fuit in quodam beneficio

- curato de Nigran. Diocesis Tudenfis, ex hoc eodem impedimento, de quo in decisione relata, & ita tenendum est, dum aliàs omnis omnino dolus absit, & fraus.
- 261 Quod declara, ut hæc resolutio procedat, dummodo sic impeditus revocationem præterens, intra terminum edictorum se opposuerit, ut constat ex declaratione, ibi, nisi, qui descripti fuerint, excusent se legitimo impedimento, &c. ut constat ex d. *decisione,* & Gonzal. ibi.
- 262 Secundò declara, dummodo impedimentum fuerit probatum, & constitit ordinario, probat d. Concilium Provinciale Compostell. *d. actione 2. decreto 32.* (aut morbo fontico labore, quem sufficienti testimonio coram Episcopo, aut ejus Vicario comprobare teneatur, &c.) probant etiam Caputaq. *decis. 71. part. 2. & l. ultim. §. illum, C. de tempor. appell. l. in excep. ff. de proba. Abb. in c. plerumque num. 6. de rescript. & in cap. transmissa, num. 6. de præscription. & in cap. suscitatus de rescript. Angel. in l. ejus num. 2. C. quorum appellat. non recipiant. Decius *conf. 554. nu. 6.* Parisius *consil. 108. nu. 11. volum. 4. decis. Pedem. 9. num. 4.* Curtius in *l. admonendi n. 280. ff. de jurejur. Corneus conf. 56. lib. 1.* Oldrad. *conf. 60. col. 2. num. 4.**
- 263 Debet tamen, qui vult prætextu impedimenti se adjuvari, duo probare, scilicet, quod impedimentum fuerit tale, ut illud removeri non potuerit, sed est §. 2. ff. ex quibus causis major. Decius *conf. 677. nu. 4.* Socinus junior *conf. 76. num. 79. volum. 1.* Craveta *consilio 270. num. 2.* Gonzadi. *conf. 38. nu. 11.* & est Doctorum communis opinio; quia regula vulgaris est impedimentum non excusare, cum possit removeri, Bartol. in *l. sed est §. 2. idem in l. quibus diebus.* ubi Socin. senior. 3. *not. ff. de condition. & demonstr. cum aliis à Menoch. de arbitr. jud. casu 118. & conf. 1101. num. 116. vol. 1.* impedimentum proprie est, cum evitari non potest, non aliter. Parif. 264 *conf. 67. nu. 64. vol. 3.* Flamin. Parif. *de resign. benefic. lib. 11. som. 2. q. 13. l. num. 29.*
- 265 Secundum, quod debet probare est; impedimentum allegatum fuisse causam immediatam non faciendi illud de quo quaritur, Innocen. in *cap. transmissa de rescript.* ubi Felinus *n. 7.* Decius *557. colum. 2.* Craveta *conf. 151. n. 22.* Boëtius *decis. 40. num. 4.* Menoch. *dict. casu 128. ad fin.* Caputaq. *decis. 72. nu. 5. part. 2. & n. 7.*
- 266 refert ita decisum fuisse in una parochiali Toletana prima Junii coram Achille de Grass. & sic non satisfacit simpliciter probare impedimentum, sed debet quis probare diligentiam suam, quam fecerit pro illo removendo, l. qui commeat, ubi Bart. ff. de re milit. text. in *cap. fin. de electio.* Alex. *conf. 4. lib. 2.* Afflictis *decis. 29. num. 1.* latè Contard. in *repetit. l. diffamari, n. 117. Cod. de ingenuis & manu.* Rebuffi. in *tract. de execut. num. 48.* Cevallos *conf. 304. nu. 123.* Crotus *conf. 181. nu. 24. lib. 3.* Natta *conf. 258. nu. 6.* & ita fuisse resolutum in Rota in d. Parochiali Toletana testatur Caputaq. *d. decis. 72. p. 2.* & ita etiam fuit resolutum in una Lucanen. Abbatie coram Thom. de Thanis 16. Martii 1556. teste Puteo *decis. 8. sub rubrica de rescript. in integ.* ex ratione scripta, quia non dicitur quis aliquo modo impeditus, si impedimentum potest removeri.
- 267 Qualia autem ad hæc dicantur legitima impedimenta, vide text. in *l. 2. cum suis §§. ff. si quis can. dict. l. qui commeat. ff. de re milit. cap. fin. de elect.* latè Mascard. *de proba. concl. 884.* optimè per Menoch. *de arbitr. casu 118. per tot.* meliùs & magis ad longum Flamin. Parif. *de resign. benefic. lib. 11. num. 2. q. 13.* apud quos, quacumque quæsieris, circa impedimentorum materiam, invenies ad refractionem, ultra supra relatos.
- 268 Cæterum circa prædicta nota, quod ordinario in provisione parochialium ob ejus, & animarum periculum, & præcipue vacantium in mensibus reservatis impedito danda est dilatio multum taxata, & moderata, necessaria tamen, & minor, quàm si in aliis causis contingeret impedimentum allegatum; tum ex ratione periculi, de quo superius, tum etiam quia parochialium vacantium in mensibus reservatis, debet fieri concursus ab ordinario intra quatuor menses à die vocacionis, seu saltem habitæ notitiæ, & infra illosmet quatuor menses, mitti literas commendatitias, seu fidem 269 approbationis Romano Pontifici significare, aliàs corruit provisio, ut constat ex d. *constitutione motu proprio Pii V. versiculo ac illarum etiam quarum collatio, &c.* ut fuit resolutum in una Toletana beneficii 28. Novemb. 1578. quæ est in impressis *decisio 481. pag. 1. divers. & tradunt Flamin. Parif. de resignat. lib. 8. quest. 9. nu. 107.* Hieronym. Gonzal. *d. mens. alter. gloss. 6. n. 13. cum seqq. & supra num. 111. cum seqq.* & quando alicui actui gerendo, seu celebrando terminus oppositus est dilatio 270 à iudice parti assignanda, ita limitanda, & regulanda est, ut actus principalis tempore & perfectè celebretur, & ne pereat, ita probant eleganter Bart. & omnes, in *l. 1. ff. de glande legenda.* Menoch. *de arbitr. judic. dist. casu 118. num. 1.* & probatur text. argumento in *l. 2. §. omnes, & ibi Petrus de Su. ff. de iudicis, & notat in l. quoties, C. de precibus Imper. offer. Speculator titulo de dilatio. versiculo nunc videamus, versic. sed nunquid. & Bartol. in *l. fin. de dilat. Bertachi. in verbo dilatio nova, versic. 38. & versicul. dilatio etiam, versic. 49.* quibus addes quæ nos 4. *part. c. 13. à n. 62.**
- Sed jam ille me invocat, qui jam transacto termino 271 edictorum se opponit, petens admitti ad examen, & concursum, cum jam descriptis, tamen nondum perfectum, & non admissus à denegatione emittens appellationem; an si ei non deferatur, vim fieri delectetur. Pro cujus resolutione unum suppono; quod ille, qui se opponit post terminum ab edicto designatum, re tamen integra, id est, ante factum, & peractum examen, utique sit omnino cum descriptis admittendus, ut censuit sancta Congregatio in his verbis: An occurrente vacatione beneficii in concursu providendi, ad quod intra terminum in edicto præfixum plures sint oppositi, si dicto termino elapso, alter superveniat re integra, debeat admitti? Congregatio Concilii censuit, re integra, esse utique admittendum. Juxta quam, & alias Rotæ decisiones, ita resolvit Hieron. Gonzalez *de altern. gloss. 9. §. 1. num. 115. cum seqq.* & post longam hinc inde disputationem, multa adducens ita pariter resolvit Nicol. Garcia *de benefic. 9. part. cap. 2. à nu. 200.* uai ad literam refert decisiones Rotæ inhærentes præ- 272 fatæ declarationi Congregationis, videntes, ut ad hoc æquitas, & favor Ecclesiæ suadere videretur, cujus interest plures oppositores concurrere, ex quibus possit eligi commodior, juxta text. in *cap. de quibus 20. dist. cap. noscitur in fin. de his que sunt à Prelato.* Cæsar. de *Graf. sis decis. 2. n. 10. de jurejur. nec cæteri oppositores descripti possunt conqueri, cum principaliter agatur de re, & utilitate Ecclesiæ, quia edicti terminus non præfigitur, ut postea alii nequeant admitti, sed ut sciatur, 273 non esse amplius expectandum; pro quibus etiam facit Concilium Provinciale Compostell. *actio. 1. decreto 3.* cujus verum intellectum assignat Garcia *supra nu. 204. & seqq.* ubi etiam aliis, quæ in oppositum afferuntur, satisfact.*
- Igitur cum forma Concilii Tridentini *d. cap. 18. sit, 274* ut edicta proponantur, ut omnes illi, qui velint se opponere admittantur, ut omnes, qui velint, se examinari, & descripti fuerint, examinentur, ut constat ex d. *constitut. motu proprio, & declarationibus Cardinalium, & iste comparens re integra, intra limites sit Concilii constitutus; sequitur, ut à sibi denegata admissione, & provisione, tanquam nulla, & stricta, eo quod peccatur in forma; appellationi sit interposita deferendum. Et hanc opinionem ut possit ab hujusmodi admissionis denegatione appellari, loquendo in parochialibus à principio*